



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apotheca Spiritualem Pharmacorum Contra Lvem Contagiosam Aliosque Morbos

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Cap. XIX. De S. Macario Patriarcha Antiocheno Gandavi quiescente, contra
pestem magno Tutelari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

omnigenos morbos etiam pestem eiusdem Sancti meritis fuisse propulsatam, obscure vix author ille innuit. nam de Theodorico hoc solum narrat, eum post hunc blasphemie iocum, paulo post obiisse. quod an præcisè de peste intelligendum sit, viderint alij. de reliquis miraculis ne verbum quidem pestem expressè concernens habet. Non dubium tamen hanc sæpius per eum fuisse fugatam, ut antè dixi: qua de causa in specialem Patronum est adsumptus.

CAPVT XIX.

*De S. Macario Patriarcha Antiocheno Gandavi
quiescente contra pestem magno Tutelari.*

Alia claritas Solis, alia claritas Luna, & alia claritas
stellarum; stella enim à stella differt in claritate. Sic & 1. Corinth.
resurrectio mortuorum, & gloria sanctorum, & fama¹⁵
miraculorum. attamen — Micat inter omnes

*Virginis sidus, velut inter ignes
Luna minores.*

Famofiores contra pestem Tutelares sunt illi quinque; supra nominati. sed non minus potètes neque minus colendi quos iam subijcere instituo: nisi fortasse eò minus actu potètes, quia minus actu coluntur. sed communis vulgi est, imò omnium pænè hominum, in notiora propendere,

Quemque minus sentis, est minor huius amor.

Verum eò magis illustrationi similium Sactorum incumbendum est; & ecce illo fine facio, si tamè verbulo te prius admonuero me in hac ferie cõtentiosum illum finem non trahere ut disputem aut iudicem quis Sactus Sancto maior sit, ne quis suspicetur me ea de causa, subsequenti ordine eos recensere. pro oportunitate & nata occasione id facio nõ ex præsumpta autoritate iudicis aut censoris. semper enim mihi displicuit & modestis omnibus iure displicet, zelosum istud studiũ (utinam scientiã & iudicio, nam ho-

l. 3 c. 58. de
imit. Chris
sti.

nor regis & sanctorum iudicium diligit, temperatū esset!) vnum sanctū cui ex inordinato sæpè affectu magis dediti sumus, alteri præferendi. refrænat huiusmodi zelum sine scientia, modestissimus ac pijsissimus Thomas à Kempis aureis planè in aureo suo libello monitionibus: Noli inquirere aut disputare, inquit, quis alio sit sanctior, aut quis maior fuerit in regno cœlorum. talia generant sæpè lites, & contentiones inutiles: nutriunt quoque superbiam & vanam gloriam, vnde oriuntur inuidiæ & dissensiones, dum iste illum sanctum, & alius alium conatur superbè præferre. O nimis verum de nostro sæculo propheticum vatem: talia autem velle scire & inuestigare nullum fructum adferunt, sed magis Sanctis displicent, quia non sum Deus dissensionis sed pacis, inquit Dominus, quæ pax magis in humilitate verâ quàm in propriâ exaltatione consistit. tales trahuntur zelo dilectionis, sed zelo humano potius quàm diuino. Deus est qui cunctos condidit sanctos, Deus non homo qui singulorum nouit merita atque ob ea donauit illis gratiâ & præstitit gloriam. Fateor, inquit Apostolus, zelum habent, sed non secundum scientiam, qui non est aliud quàm seminarium quotidianarum discordiarum, & quæ ex his oriuntur grauissimorum in Ecclesia scandalorum, quæ tamen nobis tam districtè cauenda præcepit Dominus: *Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei;* ideoque non probandum puto & à magno Ecclesiaste Eximio Domino Ioanne Paludano Louanij in suggestu improbari audiui, commune illud Mediolanensium prouerbiū: **AMBROSIVS CAROLO BORROMÆO DOCTOR, SED CAROLVS AMBROSIO SANCTIOR EST.** *Difficile, inquit Sapiens, estimamus quæ in terra sunt, & quæ in conspectu sunt inuenimus cum labore; quæ autem in cœlis sunt quis inuestigabit; cogitationes enim mortalium timida & incerta prouidentia nostra.* Hæc præfatus B. Macarium, quia magna pro parte Belga fuit, sequentium
antef.

antesignanum statuo. is non infimo genere in Armenia natus, communibus suffragijs ob præclara virtutum suarum insignia Ecclesiæ Antiochenæ præficitur. quam cum multis annis laudabiliter valde administrasset diuino postmodum instinctu dignitatis huius titulum resignauit, facultates pauperibus distribuit, & quatuor comitatus discipulis Terram sanctam magno labore nec minori animi deuotione perlustrauit: inde per superiorem Germaniam in inferiorem descendens, Mechliniæ fidei flammâ flammam urbem deuastantes extinxit, Malbodij, Cameraci, Tornaci, quis qualis & quantus esset diuinitus miraculosis signis innotuit, nouissimè monasterium S. Bauonis iuxta Gandauum ingreditur, ibique per benignè ab Abbate & fratribus exceptus plurimis virtutum prodigijs confluente ad eum vndique populo inclaruit. nam aqua qua manus suas abluerat, & ipsarum manuum sola tactu ac Episcopali benedictione morbos grauissimos depellebat. postquam autem annum vnum plus minus eo loci peregisset, lethifera pestilentia in populum Gandensem crudeliter sæuiebat vesicis subito excrecentibus in palatis hominum, vt mortuos tumulare vix sufficeret trepidus labor viuentium: placet populo cum triduo ieiunio etiam puerorum & iumentorum (non quòd irrationabiles bestia abstinencia sua apud Deum quidquam mereantur, sed quòd eorum lamentabili rugitu & horribili boatu ob denegata pabula homines magis ad dolorem & pœnitentiam excitentur) suffragia Sanctorum in Gandensi portu quiescentium misericorditer expetere: cumque S. Macarius genibus flexis, singultibus & lacrymis pro populo ardentè orat, piâ Dei prouidentiâ etiam commune periculum incurrit, & morbo tactus tam crudelis pestilentiæ, in primis amisit officium linguæ: sed statim in Christo recipiens spiritum prophetiæ, nutibus & signis quibus poterat præter se & alios duos à morbo prædixit neminem deinceps interiturum, quod

Sur. 9. Mar.
& Molan.
in Natal.
SS. Belgij.

Anton.
Sanderus
in Hagiolo-
gio Flang.
diæ.

& rei exitus verū fuisse probavit. deinde vſu loquēdi diuinitus recepto cū fratribus ingreſſus cryptā in honorem B. Mariæ Virginis dedicatā, ante altare S. Pauli deſignabat ſibi baculo locū ſepulture. iamq; inſtabat feria 6. dies tertius ieiuniorū. efferūtur ſanctorū corpora ab utroq; Cœnobio, vbiq; gemitus & lacrymarū inūdatio quatenus ſuper omnes fieret generalis ſuperna miſeratio. Benignus Deus de cœlo ſuper tantā multitudinem miſericorditer reſpexit, & tantæ cladis moleſtiā in ſolo Macario penitus extinxit. relocātur ſedibus ſuis ſanctorū corpora; deploratiſq; aliquādiu peccatis ſuis redit populus ad propria. Archipræſul verò cū ſuis hoſpitibus regreditur ad monaſterium at que hora refectionis virtute qua poterat ingreſſus reſectorium cū nihil fratres videret ſumere præter modicū panis & aque, caritatiuè omnes obſecrādo & iubēdo imperauit mutationē ieiunij, quibus & ipſe cōſidens hilarē ſeſe omnibus exhibuit, atq; ex ſibi appoſitis caritate magis quā neceſſitate aliquantulū ſumpſit. ſicq; eis vltimū vale faciēs epiſcopaliter benedixit & pænè morbo deficiens vix ad hoſpitij cellā reſeſſit; inſtāte verò migrādi hora in lecto reſedit expandiſq; manibus & erectis in cœlū luminibus ſeſe Domino Deo ſuo nimia lacrymarū ſuffuſione inter ſuffragia ſanctorū & tutelā angelorū cōmendans, pſallentibus & orātib; fratribus feliciter ſpiritū exhalauit. nec reſellit veridica eius prophetia; ipſe quippe ſolus omnium vltima peſtilentis morbi occubuit victima, ſuaq; morte omnium mortē Deo iam placato reſtinxit anno Virginei partus 1012. Teſtamentū, inquit Vita, nullū quidem cōdidit, quia peregrinus & pauper, vt de S. Auguſtino canit Eccleſia, vnde faceret nō habuit; ſolū tamē matri remiſit partem barbę ſuę ne diu ſuſpenſam torqueret lōga filij numquā redituri memoria. Exemplo nō planè diſſimili quo B. Iuſtus nouē ſolūmodo annorū puer, & martyr, præciſum ſuū à militibus Riſtionari caput, matri ſuę in amoris pignus remiſit. adijciens in mā-

datisz

datis: Quòd si mei teneatur desiderio, studeat me sequi in paradiso iam degētem vbi sanctorū animæ feliciter quiescūt. ita Surius 12. Octob. Quantū verò cōtra pestem, eius inuocatio & intercessio valeat illustri miraculo nuper in Belgio nostro ostensū fuit: cū enim anno 1615. Hānonēs & Mōtenses grauissima pustilētię lue quę multa eorū millia ciuitate tātū nō exhausta absumpserat, laborarēt, nec malo sistendo vllum superesset remedium, Illust. Franciscus Vāder Burch hodie Archiepiscopus & Dux Cameracēsis, tunc verò adhuc Episcopus Gādauenfis misit ad eos sacrū huius Macarij corpus. quod mox vt in vrbem illatū est, lues quasi cœlitus repercussā cedere & minui cœpit, nec cessauit decrefcere donec planè extincta fuit. id omnes Mōtenses etiam nū hodie cōfitentur & publicè celebrant atq; ingratiarū actionem argenteā lipsanothecary liberatori suo S. Macario liberali sumptu erexerunt, ac mense Iulio anni proximè sequētis magna pompa Gandauū sunt sacra eius ossa eidem inclusa reuecta, vbi in Cathedrali Ecclesia religiosè asseruātur. Scribit verò D. Ioan. Schattēniā Pastor S. Macarij hanc thecā ad pretiū septem milliū florenorū ascēdisse, simulq; aliam argenteā magni itidem valoris sibi Mōtenses cōfecisse in qua partem prædictarū Reliquiarū collocarūt, erecto eius in honorē nouo altari ac noua confraternitate, quo eternū tāti beneficij memores essent ipsi & eorū posterī. Laudabili certè primorū Christianorū x-mulatione qui sanctorū pignora aureis argenteisq; thecis incluserunt, vt de ossibus S. Samuelis prophetæ tempore Arcadij; de ossibus SS. Andreæ, Lucæ & Timothei mādato Iustiniani Imp. legimus: frustra nouis Iscariotis obmurmurantibus, *Vt quid perditio hæc?* questus enim hic magnus est, neq; satis à nobis possunt honorari ea corpora, quæ aliquādo S. Spiritus fuerūt viua hīc habitacula, quæq; innumeris miraculorum signis Deus quotidie facit clarescere, quibus eorundem dignitatē hominibus nititur inculcare.

Pingitur

Pingitur autē hic s̄ctus habens in dextra manu cor tribus clavis confixū, quia cū in terra sancta crucē Christi cordialiter cōtra Saracenos & Iudęos prędicaret, inter alias iniurias, in terrā deiectū, conati sunt instar crucis clavis cōfigere. Sed Christus militi suo non defuit quem etiā ex publico carcere liberavit. Illa autem imago Macarij inter crania & ossa versantis mortuorum, de alio Macario eremita intelligenda est & non de hoc nostro Patriarcha, quem vulgus, ex vitio fortassis Gandensium qui aspirationis nota, vt & reliqui Flandri, s̄pē abutuntur, Macharium pronuntiat, cum Græcē Macarius, Latinē sit Beatus.

Molanus
supra.

C A P V T X X.

De SS. Nicetio, Eucharis & Maximino Episcopis Treuirensibus.

Greg. Turon. in libro
vita
S. Nicetij.

Cum lues inguinaria Treuiresem populū in circuitu ciuitatis valde miserabiliter vastaret, & sacerdos Dei Nicetius pro ouibus cōmissis Dei misericordiā imploraret assiduē, factus est de nocte sonus magnus tamquā tonitruū validum super pontē amnis, ita vt putaretur vrbs ipsa absorberi: cumq; omnis populus exterritus in lectulis resedisset, lethiferū sibi interitum operiēs, audita est in medio vox vna ceteris clarior, dicēs: Et quid hīc ō socij faciemus? ad vnā enim portā Eucharis sacerdos obseruat, ad alterā Maximinus excubat, in medio versatur Nicetius; nihil hīc vltra pręvalere possumus nisi sinamus hanc vrbe eorū tuitioni. hac audita voce statim morbus quieuit nullūq; ab eo vltra defunctus est. Ecce quā potentia vrbium & locorum præsidia sint Sanctorum sacra reliquia contra quoscumq; ingruentes tum corporalium tum spiritualium malorum insultus, vt non immeritō ciues Antiocheni, de muris aut mœnibus nihil solliciti quamdiu Sāctorum corpora penes se habebāt, Leoni Imperatori corpus S. Simeonis Stylite eis subtrahere conāti liberē & verē respōderint eum tantūdem facere atq; si ciuitatem suā depopularetur, quam